ex tunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat medi-
ante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio
stare, Juri parere, respondere, damna præfata simpliciter absq'
corporali iuramento taxata luere, Inscriptioni præsenti satisfa-
cere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq' ac suos
Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus
eundem Terminum primum peremptorium, Ut et alios omnes
Exinde consequentes Causæ eiusdem Terminos semper perem-
ptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate, Successo-
rum legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad
munimenta ad Evictorem, Vel aliis quibusuis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem
præterea Ultra proximos officy præfati Castrensis Capitanealis
Præmysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nul-
lasq' motiones, appellationes, ac earum prosecutiones facien-
do ac præmissa omnia pœnis simplicibus Vel triplicatis Eva-
sionibus suspensionibus fatalibus Juris præscriptione Terrestri
bello conventioneq' ac aliis quibusuis Juris remediis et defen-
sis non subterfugiendo; nec modo alio quouis evadendo
Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa
omnia et singula mediante.

Eadem Venerabili Logoydicz Donat. 1337

Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanea-
libus Præmysliensibus Comparens personaliter Nobilis
Marianna Podhorodecka, Nobilis olim Pauli Podhorodecki
Byczkowicz cum Nobili Anna Kruszelnicka procreata filia
primarum olim Nobilis Georgij Witwicki ad præsens Vero
secundarum nuptiarum Nobilis Casimiri Zahorski Consors

legitima

+

legitima sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Su:
ribus Iurisdictionibusq[ue] Suis quibusuis proprijs et competentibus rece:
dendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdi:
ctioni, quo ad actum praesentem attinet seum Successoribus ac
bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporan:
do atq[ue] Subijciendo palam libere publice ac perexpressum
recognouit. Quia ipsa cum praefati mariti sui Vti Tutoris Coniuga:
lis authoritate et assistentia, et Vltroneo ad infrascripta reco:
gnoscenda Consensu, bona sua propria et haereditaria ipsi sej
Recognoscentem iure diuino et naturali Successione post pa:
rentes deuoluta infrascripta Videlicet na Bakoncu Laz aut
czesc Kalinowskie dicta inter metas Nobilis Hrehorij Bijczko:
wicz Podhorodecki ab vna et olim Nobilis Tymko Podhorode:
cki Chemierowicz parte ab altera in Terra et Districtu prae:
senti Praemisliensi iacentia et consistentia in Villa vero Pod:
horodce sita cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate
ac haereditate, tituloq[ue] haereditario, cumq[ue] omnibus et singulis
bonorum eorundem seu sortium praefatarum Vtilitatibus, fructibus
prouentibus, redditibus, commodis et emolumentis obuentionib[us]
quibusuis, attinentijsq[ue] et pertinentijs generaliter Vniuersis
nihil ex praemissis Iuris Dominij proprietatis ac cuiusuis com:
petentiae et praerogatiuae prorsus Recognoscenti suisq[ue] Successori:
bus aut quopiam alio reseruando seu excipiendo, sed omnibus
in genere et singulis in specie comprehensis, generi per speciem et
e contra in nullo derogando Verum, ita late, longe, circumferen:
tialiterq[ue] prout praefatorum bonorum haereditas re in suis me:
tis et limitibus ab antiquo extendit et praetenditur et prout
eadem bona ipsamet Recognoscens tenuit, habuit et posside:
bat, ipsamq[ue] concernebant, ac eidem legitime seruiebant, tam
ex nunc et defacto Venerabili Tymofiey Logoydicz in eadem

Villa Podhorodce Presbitero et eius Successoribus, dedit donavit, inscripsit et resignavit, prout dat donat, ac titulo pura mera, perpetua, et irrevocabilis donationis inscribit et resignat perpetuo, et in aevum irrevocabiliterq. Inqua quidem bona suprascripta, praemissaq omnia praesentibus donata et resignata eadem Recognoscens Nobilis Marianna Zahorska praefato Venerabili Tymoftey Zogoydicz Presbitero, donatario suo eiusq successoribus iam exnunc et defacto Coram officio praesenti dat et admittit, realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos, die quacunq Voluerit, assumere acceptandam Per ipsum Donatarium suum, eiusq successores, hac eadem bona praesentibus donata cum omni iure dominio proprietate, Competentiaq et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice Utifruendi, ac ad suos suamq successorum quosvis beneplacitos Usus fructus, libere et effectualiter Convertendi, perpetuo et aeternis temporibus. Debetq et tenebitur memorata Recognoscens Nobilis Marianna Podhorodecka Nobilis Zahorski Consors, prout se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq quibusvis pecuniarijs habitis habendis suprascripto Venerabili Tymoftey Zogoydicz Presbitero Donatario suo inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius successores in dictis bonis praesentibus donatis et resignatis, et ratione eorundem omnium ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunq personarum Cuiuscunq Conditionis Status et Sexus Cuiusvis existentium exoccasione suprascriptorum modo quovis exoriunda per omnes Praescriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio in omni Iudicio et officio Regni, semper toties quoties opus fuerit, tueri defendere, evincere intercedere et eliberare, indemnemq eum posteris reddere

nec non

bona præfata præsentibus resignata ab omnibus in genere Iu:
ribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eisdem
bonis præsentibus per se Recognoscentem donatis cuicunq[ue]
personarum modo quovis factis et faciendis, tum etiam à qui:
buscunq[ue] Citationibus super eadem bona præmissaq[ue] omnia præ:
sentibus resignata importatis et importandis, Lucris denique
et perlucris, processibusq[ue] Iuri quibuscunq[ue] in quocunq[ue] puncto
et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et officio
Regni obtentis et obtinendis, ac super præmissis omnibus
præsentibus resignatis, modo quovis perductis et perducen:
dis emundare et eliberare, mundaq[ue] et libera semper facere
ac etiam Intromissionem præfatam Coram officio præsenti
admissam in fundo præfatorum bonorum præsentibus resi:
gnatorum, dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose
requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem
libere dare et effectualiter admittere, datamq[ue] et admissa:
eandem possessionem et Usum fructum præmissorum omni:
um et singulorum quovis modo tam per se quam per su:
as quasvis submissas et subordinatas personas non præpedi:
re nec adimere, ipsumq[ue] Donatarium suum ac ipsius Successo:
res in dictis bonis præsentibus resignatis, tam in toto quam
in quavis minima parte non inviniari, ita ut eadem bona
præmissaq[ue] omnia cum Universis eorundem Utilitatibus et Usu
fructibus, idem Donatarius suus cum suis posteris quiete et
pacifice præsentis Inscriptionis Donationis vigore tenere
habere et possidere queat, illisq[ue] Uti frui possit, perpetuo
et in ævum irrevocabiliterq[ue]. Idq[ue] sub damnis Terrestribus
simpliciter absq[ue] corporali iuramento taxandis et elicien:
dis per eandem Recognoscentem vel eius posteros. Supra
scripto Donatario suo aut illius posteris, ob non Completionem

+

præmissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit, ad solvendum Incumbendis Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter taxatis modo præmisso ad solvendum succubiti, ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa Complenda Citatus existens memorata Recognoscens Nobilis Marianna Zahorska sive eius successores Ad Instantiam præfati Venerabilis Tymoftey Zogeydicz Præsbiteri Donatary, sui sive illius successorum ad Officium præsens Castrense Capitaneale Præmysliense, ex tunc veresa suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare, Juripavere, respondere, damna prædicta simpliciter absque corporali iuramento taxata lucre, Inscriptioni præsenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, eundem Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde Consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate successorum legatione, intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum, Vel aliis quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem prætereà Vltra proximos officy præfati Castrensis Capitanealis Præmysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia primis simplicibus Vel duplicatis Evasionibus, suspensionibus, fatalibus Juris, præscriptione Terrestri bello Conventioneque, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia mediante.

Podkorodecki